



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXXVI. Die von Königsberg überlassen den Hof Schnellenberg bei Werben  
dem Kloster Arendsee, am 15. August 1309.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

multociens dicti permutacionem sepe nominatam, quam coram nobis cum honorabili viro Ludolpho preposito in Arnse bene ordinavit et debito fine terminavit, Ad maioris certitudinis caucionem cum sigillo [sic!] nostre ciuitatis firmavimus munimento. Datum et actum Sehufen, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>., feria sexta post diem apostolorum petri et pauli, Quarto nonas Julii.

XXXVI. Die von Königsberg überlassen den Hof Schnellenberg bei Werben dem Kloster  
Arendsee, am 15. August 1309.

Ideo factis modernorum racionabiliter ordinatis Cautela scripturarum apponitur, ne temeritas successorum accessum habeat malignandi. Sciant ergo presentes et futuri temporis posteritas, quod nos Bertoldus miles, Ghiso, hinricus, Goceko dicti de konigesberghe famuli Conuentui et Ecclesie Sanctimonialium Beate virginis in Arnesse Curiam nostram dictam Snellenberghe, sitam apud Ciuitatem Werben, cum omni Jure, quod in eadem habuimus, cum duobus pullis, vnanimi consensu et motu libero et voluntate arbitraria donauimus et presentibus resignamus. Vnde ne donacionem nostram antedictam in posterum alicuius impediatur calumpnia aut obliuio delect, vel alicui successorum nostrorum de facto nostro Iuste, bene et laudabiliter ordinato dubium oriatur, presentem paginam cum nominibus eorum, qui donacioni predictae, cum fieret, interfuerunt, conscripsimus et Sigilli nostri firmavimus munimento. Nomina testium sunt hec Johannes Plebanus in Crughe, Johannes Plebanus in hilghenuelde, Bertoldus plebanus in Cowlitz, Gherardus plebanus in Clodene, Theodericus miles dictus de Retuelde, Johannes miles de Rore, heyso dictus de Ghere, Stargarde, Conradus dictus de Wentmarke, famuli, et alii quam plures fide digni. Nouerint igitur vniuersi, quod nos Conules ciuitatis Werben ad petitionem honorabilis viri Domini Ludolphi, prepositi Sanctimonialium Beate Virginis in Arnse, neenon Bertoldi militis et filiorum suorum supradictorum famulorum de konnigesberghe donacionem sepe dicte Curie, videlicet Snellenberghe, quam coram nobis debito modo siue decenti ordinauerunt et precise terminauerunt. Ad maioris certitudinis caucionem Sigilli nostri appensione fecimus Roborari.

XXXVII. Graf Nicolaus von Danneberg stattet die Tochter des Ritters Philipp von Stocem für das Kloster Arendsee aus, am 21. Juni 1311.

In nomine domini Amen. Nos nycolaus, Comes de dannenberghe, dei gracia omnibus Cristi fidelibus prefencia visuris et Audituris Salutem in virginis filio Benedicto. Quoniam